STEPHANI DOLETI DE RE NAVALI LIBER AD LAZARUM BAYFIUM.

VIRTUTE DUCE,

COMITE FORTUNA.

LUGDUNI APUD SEB. GRYPHIUM,

1537.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

STEPHANVS DOLETVS LAZARO BAYFIO, SAL.

DOLET mihi,& uehementer quidem dolet, te, cuius & ſtudioſiſsimus, & obſeruantiſſimus hactenus ſemper fui, ſic in me nulla cauſa de repente commotum, ut, qui contra exiſtimationem meã ueniret, parare (dicam uel hortari, uel impellere?) inimicè uolueris. Dolet itidem uehementer mihi, cum te emiſſarium in me delegiſſe (tu uerò tuo me nomine apertè oppugnaſſes) de quo & optimè ſentiebam, & honorificè ubique prædicabam. Sed tamen credere quicquam de te temere certè nolim: ac mihi potius uelim perſuaſum, ſuapte illum ſponte in me inuehendi cauſam, occaſionemq; quæſiſſe: nec te uel hortatore, uel impulſore ad tam aſpera maledicta uſum. Major mea eſt de tua tum prudentia, tum grauitate, tum moderatione, æquitateq; opinio, quàm ut in aliquam mali animi, malæue mentis ſuſpitionem mihi uenias.

STEPHANI DOLETI LIBER DE RE NAVALI: EX Secundo Linguæ Latinæ Commentariorum Tomo excer- ptus.

NAVTICAE rei uocabula.

BELLICAS uoces ſuprà abſoluimus: nūc nauticas aſſume mus. In quibus ex- plicandis eo ordine utemur, ut à mini- mis exordium duca mus: ſcilicet, Aqua, Scaturigine, Fonte, Stagno, Lacu, Flu- uio, Flumine: deinde ad maiora progrediamur, nempe Mare, & rem totā nauticam. Nauicularia enim & in fluuio, & in mari exercetur: & aquam uelut pro fundamento habet. Quare ita à minimis ordiri, non abſurdum uidebi- tur, ſicq́ res pedetentim creſcet, atque exurget, ex-

Ita incipit locus de re Nauali in ſecundo Tomo Commentariorū Linguæ Latinæ.